



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

Purificatio B. M. V. 2. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

I.F. 2. Feb. VITÆ SANCTORUM. 79
re&fissimè prium linguâ usa. Cùm
deinde femina infamis infantem edidis-
set, parentem Episcopum Broonem
mentita; linguam crucis signo à B R I-
G I T T A signatam in patrocinium ipse
infans solvit, & contra matrem testi-
monium dixit. Tacebimus igitur nos.
B R I G I T T A M rectius hic infans
laudabit. Ex Sur. & Lippeloo.

Ira vincitur lenitate; mansuetudine ex-
tinguitur furor; malitia bonitate palpa-
tur; crudelitas pietate prosternitur; impa-
tientia patientiâ punitur; contentio supe-
ratur injuriis; superbiam humilitas ster-
nit: qui ergo vult vitia vincere, pietatis
arma teneat, non furoris. S. Pet. Chry-
sol. serm. 38.

PURIFICATIO B. M. V. 2. Februarij.

I Bat dies à partu VIRGINEO quadra-
gesimus, primus quo terra dignum a-
liquando cælo donum offerret. Gestabat
hoc præ pectore Virgo nuper, nunc ge-
minâ felicitate Mater Virgo: latus Jose-
phus claudebat, virgo virginis virginem
gestantis comes. Gerebat illa munus
in sinu, iste in oculis; arridebat eun-
tibus cælum; & spectatores cives suos
plenis agminibus effuderat; exiliebat
lætitia tellus, & ad singula pedum vesti-
gia singula fundere lilia gestiebat: cum
interim jam Hierosolymam, jam

tem-

80 VITÆ SANCTORUM. 2. 3.
s.
templum pompa ingreditur, & obvi-
adest felix ille longâ ætate senex, fel-
cior aspectu Servatoris futurus, felicissi-
mè in vitæ amplexu vitam posituru
Ergo in genua proculbit Virgo purissi-
ma, donumque cælo dicat, quo necte-
ra dare, nec cælum expetere majus po-
terat. Quid hîc dicam? parce nimium
Mater prodiga. Poteras charum pig-
nus à pectore avellere? poteras alieno
manibus unicum Filium concedere? &
talem Filium? & tu, ô Puer J E S U su-
vissime, poteras abire sinu tam dulci
poteras aliis ulnis quam Matris in ulnis
delitescere? Ite nunc parentes avan-
qui D E O negatis prolem, orco datis
ite molles filii, qui pluris avocantem pa-
trem, quam D E U M vocantem, pluri-
unam matris lacrimam, quam omnem
J E S U sanguinem facitis ingrati. Ite &
utrique ætatis florem discite non mun-
do, sed templis, sed aris, sed Deo dica-
re. Ex Histor. Evangel.

Mariam ô fidelis anima imitare; n-
enim spiritualiter purificeris, & à deli-
ctorum valeas emundari contagis, in
templum cordis tui ingredere, & Deo per
orationes studium ac contemplationis otium
vacare contendere. S. Laur. Iust. serm. de
Purific.

S. BLA.